# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome A.

## Fascicule 16.

Pages [559]-[614].

## In festo presentationis virginis Marie.
## Benedictio salis et aque.
## Benedictio panis.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2012.
Revised June 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2012.



# ¶ *In festo presentationis virginis Marie.*[1]

[*hoc est die Novembris xxj. secundum* Enchiridion Sarum 1530.][2]

*Nota quod dominus rex Francie facit quolibet anno celebrari in presentia sua istam solennitatem et misit cuilibet magnarum ecclesiarum regni sui officium integrum : ut divulgaretur et publicaretur ac solennizaretur per totum suum regnum. Misitque idem dominus rex predictum officium domino imperatori : qui cum magno gaudio illud recepit* [*61v.*] *et fecit et faciet ut promisit quolibet anno celebrari et ubique publicari. Insuper idem dominus rex misit predictum officium regine antique Hungarie : que valde honorifice illud recepit et solennizari fecit : et mandavit per totum regnum Hungarie predictum festum quolibet anno debere celebrari.*

## *Ad vesperas.*

BN-14454:4v; 1531-P:60v.

1. Ant. I.v. 201859.





ni- a : Nos instáu-rans su-pér-nis sé-di-bus Flo-rens or-



tus mox ab infán-ci- a Admi- rán-dus ful-sit virtú- ti-bus.



*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

BN-14454:4v; 1531-P:60v.[3]

204319. 2. Ant. II.i.



RO-re * ce-léstis grá- ti- e in ú-te-ro perfún-di-



tur Ma-ter mi-se- ri-córdi- e ut stel-la splendens ó-ri-tur.



*Ps.* Laudáte púeri Dóminum. (*cxij.*) [313].

BN-14454:4v; 1531-P:60v.[4]

200024. 3. Ant. III.i.



Api- is * pa-rén-ti- bus vo-tis impetrá- ta :



Templi pe-netrá- li- bus est tri-ma di- cá-ta.



*Ps.* Letátus sum. (*cxxj.*) [325].

BN-14454:5r; 1531-P:60v.[5]

4. Ant. IV.i.



TAntíl- la *pu- él-lu-la virtú- tis ex-émplum 204857.



Nul-la fre-ta gé-ru-la as- scéndit in templum.



*Ps.* Nisi Dóminus. (*cxxvj.*) [331].

BN-14454:5r; 1531-P:60v.

5. Ant. V.i.



E- rú-di- ta *pu-él-la ré-gi- a Contemplá-tur 201605.



mente ce-lésti- a Cha-ri- tá-te flagrant pre-cór-di- a.



*Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlvij.*) [355].

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* (23.)

EGo quasi vitis fructificávi suavitátem odóris : et flores mei fructus honóris et honestátis. [*℟.*] Deo grátias.[6]

BN-14454:5r; 1531-P:60r.[7]

830236. Hymn. V.



O De- i sa-pi- én-ci- a, Attín-gens cuncta fór-ti-



ter : Humá-na lapsus ví- ci- a Suble- vásti su- á-vi- ter.



2. Sumpsís- ti formam hó-mi-nis, In qua mortem suscí-pi-



ens : Ex alvo nas-cens Vír- gi-nis, Ne con-sors culpe fí- e-



res. 3. Replens matrem dulcé- di-nis, Dono dum alvo cláu-




℣. Presentátio est hódie sancte Maríe vírginis.

[℟.] Cujus vita ínclita cunctas illústrat ecclésias.

BN-14454:5v; 1531-P:60v.[8]

Ant. VI.




203326.



ac ce-li cí- vi- bus, Qua be-á-te Ma-rí- e sáncti- tas



Templo da- ta est a pa-rénti-bus, Ut ó- li-ve pinguis



su- á-vi- tas Ubé-ri-bus re-dúndet frúc- ti- bus.



*Ps.* Magníficat ánima. 64*.

*Oratio.*

DEus qui sanctam Dei Genitrícem templum Spíritus Sancti post triénnium in templo Dómini presentári voluísti, presta, quésumus, ut qui ejus presentatiónis festa venerámur, ipsi templum in quo habitáre dignéris efficiámur. Per Dóminum.

## *Ad matutinas.*

BN-14454:5v; 1531-P:60v.[9]

100297. Invit. IV.v.



VO- tis * et vó- ci-bus lau-dántes Dó- mi-



num. †Insté- mus láu-di-bus Vír- gi-nis vír-gi-num.


*Ps.* Ve-ní-te. 24*.


BN-14454:5v; 1531-P:60v.
Hymn.
V.
830299.
SAcre pa-réntes Vírgi-nis, * Sté- ri-les na-tu-rá- li-ter :
Hanc dono summi nú-mi-nis Susce-pé-runt fe- lí-ci-ter.
2. Vo-tum solvéntes fí-li- am, Ad templi tri-nam dé-fe-runt :
De- o pla-céntem hós-ti- am, I-bi mansú-ram dé-se-runt.
3. Infán-ci- e tam té-ne-re, Cre-vit virtus et grá- ti- a,
In omni complens ó-pe-re, Cre- a- tó-ris obséqui- a.

4. Ré-gi- tur Sancti Spí-ri-tus, Doméſti-co dictá-mi-ne :

Omnis virtú-tis pé-ni-tus, De-cus splendet in Vírgi-ne.

5. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne :

I-dem ma-nens in nú-mi-ne, Pa-tri cum Sancto Flámi-ne.

Amen.

## *In primo nocturno.*

BN-14454:6r; 1531-P:60v.[10]

202490. 1. Ant. I.ix.

I N templum * De- i grá-di-bus terquínis e-rat

á-di-tus, Quem compó-si- tis gréssi- bus ascéndit ful-



ta cé-li-tus. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

BN-14454:6r; 1531-P:60v.[11]

2. Ant.
II.i.



NI-chil * inso-lénci- e Vir-go pre-ten-dé-bat, Nam 203252.



lux sa-pi- énci- e in ipsa ful-gé-bat. *Ps.* Celi enárrant.
(*xviij.*) [34].

BN-14454:6r; 1531-P:60v.[12]

3. Ant.
III.i.



EX affféctu * suppli- ci De- o fa-mu- lá-tur, 201673.



Sed ex gestu símpli- ci cer-néntes hór-ta-tur.



*Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Spécie tua et pulchritúdine tua.

℟. Inténde próspere procéde et regna.

*Lectio j.*

QUe est ista puélla Mater et Virgo semper María, fratres charíssimi, que nunc mundo osténsa quíndecim gradus ascéndens hódie in templo a paréntibus presentátur : unde procéssit, ad quid ascéndit, et quante virtútis exístat, audiámus. Exúrgat in médio doctor egrégius Fulbértus epíscopus et dicat. Quid autem putas qualis olim fúerit vel nunc sit ista persóna, que sanctis ómnibus propónitur imitánda ? Hec autem in primis instrúere fas est quod ánima ejus et caro quam elégit et habitáculum sibi fecit sapiéntia Dei Patris, ab omni malícia et immundícia [*62r.*] fúerit puríssima : quando in ea et de ea Verbum éxtitit caro factum, dicénte Scriptúra, In malívolam ánimam non introíbit sapiéntia : nec habitábit in córpore súbdito peccátis. Inter omnes ítaque sanctos hujus beatíssime Vírginis Maríe memória eo frequéntius agitur, quo majórem apud Deum grátiam invenísse créditur. Hec quidem Virgo María priúsquam nascerétur divínis est oráculis denunciáta, et miráculis designáta. Tandem vero nata progénie divínitus ordináta. Nata síquidem est (ut légimus) Nazaréno patre, Bethleemítica matre : quas urbes ipsíus nativitáti vel conversatióni destinátas esse, non tacuérunt prophéte. Descéndit autem a radíce illíus fide precléri Abrahe : cui supérne promíssa fúerat benedíctio ómnium géntium in suo sémine. Descéndit a stirpe David : quem Deus propter notam sibi probitátem sublimávit dicens, Invéni virum secúndum cor meum. De regáli nempe tribu simul et sacerdotáli oríginem duxit : que summum erat paritúra regem atque pontíficem. Quod quidem Bernárdus attéstans ait : Quoddam ítaque sidéreum micat in Maríe generatióne, vidélicet quod longe ante pátribus diversimóde célitus est repromíssa, quod ex Abrahe sémine et ex régibus orta, quod étiam illi generatióni ob singuláre privilégium sánctitas divínitus agnóscitur concéssa esse. Hanc enim inter figúras ut dictum est mýsticas sacerdotális virga dum sine radíce flóruit, hanc Gedeónis vellus dum in médio áree sicce máduit, hanc in visióne Ezechiélis orientális porta que nulli unquam pátuit, presignábant : hanc étiam inter prophétas pre céteris Esáyas, nunc ex radíce Jesse virgam oritúram, nunc evidéntius vírginem paritúram promittébat. Tu autem, Domine.

BN-14454:6v; 531-P:62r.[13]

601413. 1. Resp. I.




601413a.

*Lectio ij.*

DE his autem de quibus certi sumus (Hierónymus inquit) meritórum prerogatívis ita ut nullis jam úsibus esset mancipánda nisi divínis, paulísper loquámur ad edificatiónem ac divíni nóminis laudem : ut pro famulátu relígio conservétur, et pro afféctu devótio augeátur. Quanta ígitur hec Virgo, que sola univérsam pravitátem

herético interémit sola preter Deum sit, que nos in omni virtúte confírmet, suísque méritis comméndet et auxiliétur précibus, ut et ipsi digni inveniámur in ejus láudibus, a quibus síquidem humána mortálitas non debet cessáre, sed de illíus glória nec silére pátitur devótio, nec dignum áliquid potest concípere cogitátio, vel inerúdita parturíre locútio ? Ait enim Bernárdus, Hec est enim que totíus mundi reparatiónem obtínuit, salútem ómnium impetrávit. Quis tandem, O benedícta, misericórdie tue longitúdinem, et latitúdinem, sublimitátem, et profúndum investigáre possit ? Longitúdo enim ipsíus usque in diem novíssimum súbvenit univérsis eam invocántibus. Latitúdo ejus replet orbem terrárum : ut sua quoque misericórdia plena sit omnis terra. Sublímitas ejus civitátis supérne ruínas instaurávit. Profúnditas quoque sedéntibus in ténebris et umbra mortis redemptiónem obtínuit. Sit ergo tue pietátis, O María, ipsam quam apud Deum grátiam inveníſti notam fácere mundo sanctis précibus tuis : obtinéndo reis véniam, egris médelam, pusíllis corde robur, afflíctis consolatiónem, periclitántibus adjutórium et liberatiónem.

BN-14454:7r; 1531-P:62r.[14]

601638. 2. Resp. II.






601638a.

*Lectio tertia.*

QUalis namque fúerit vita ipsíus Vírginis Maríe expectántis in templo redemptiónem géneris humáni : dicat Ambrósius, Sit ítaque nobis tanquam in ymágine descrípta virgínitas Maríe : ex qua velut in spéculo refúlget spécies castitátis, et forma virtútis. Virgo erat córpore et mente, corde húmilis, verbis gravis, ánimo prudens, loquéndi párcior,[15] legéndi studiósior, inténta óperi, verecúnda sermóne, non in incérto divitiárum sed in prece páuperis[16] spem repónens, árbitrum mentis Deum non hóminem querens, nullis lédere, cunctis bene velle, majóribus assúrgere, equálibus no invídere, jactántiam fúgere. Quando illa lesit paréntes, quando fastídivit húmilem,
[62v.] quando derísit débilem, quando non visitávit ínopem ? Nichil torvum in óculis, nichil procax in verbis, nichil in actu inverecúndum : non gestus fráctior, non incéssus solútior, non vox petulántior : ut ipsa spécies córporis fíeret simuláchrum mentis et figúra probitátis. Ipsa namque est illa (attestánte Hierónimo) que in celis glóriam dedit : terris Deum pacémque refúdit, géntibus fidem, víciis finem, vite órdinem, móribus disciplínam. O plena gratiárum secúndum Bernárdum non solum púero Abrahe, sed et cámelis potum tríbuens de superaffluénti hýdria tua : quia tu es vere puélla preelécta et Altíssimi Fílio perparáta. Offeréntur inquit vírgines regi, sed post eam : nam primátum ipsa sola véndicat sibi.

BN-14454:7v; 1531-P:62v.

601716. 3. Resp. III.




601716a.

## ℭ *In ij. nocturno.*

BN-14454:7v; 1531-P:62v.

203664. 4. Ant. IV.i.





um, Ut De- o to-ta súbdi-ta de-vó-tum det ob-séqui- um.



*Ps.* Eructávit. (*xliv.*) [206].

BN-14454:7v; 1531-P:62v.[17]

5. Ant.
V.i.



REx virtú- tum * si-bi mi-rá-bi- lem Ma-trem fe-cit 204308.



mi- tem et húmi-lem, Omni quoque do-te spectá- bi- lem.



*Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

BN-14454:8r; 1531-P:62v.

6. Ant.
VI.



DEsponsá- ta * cor dó-ci- le ad ánge- li collóqui- 201174.



um, Mi-te pre-bet et húmi-le prompta spondet obséqui- um.



*Ps.* Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in médio ejus [non commovébitur].

*Lectio iiij.*

ET licet (secúndum Hierónimum) ad Dei Genitrícem digne collaudándam nemo inveniátur ydóneus, tamen votis ómnibus non debet cessáre quílibet étiam peccátor a láudibus, quia in láudibus Salvatóris est iter salútis nostre. In honóre ígitur sancte Genitrícis ejus a láudibus nolíte cessáre. Ipsa namque Virgo María ut asséruit confidénter Fulbértus epíscopus ínquiens a nullo virtútum génere vacábat : cui grátie plenitúdinem inésse Dei núncius asserébat. Quis enim cum admiratióne jocúnda non speculétur adolescéntis natúre fortitúdinem et prudéntiam ac fidem in angélico collóquio, ubi tam constánter elóquitur, tam prudénter intérrogat, tam fácile credit ? Quis non justíciam mirétur, qua sic univérsa precépta divíne legis adimplére satagébat, ut nec ad se non pertinéntia quedam, velut purificatiónem legálem, inexpléta relínqueret ? Ipsíus quoque temperántia emícuit : que virginitátis lílium in humilitátis valle prodúxit. Depromébant ítaque virtútes in cogitatióne et afféctu cordis ejus ineffábilem armóniam : quam ipsa Creátrix et Inhabitátrix ejus Dei sapiéntia delectabátur audíre. Coruscábant foris quoque in superfície sermónis et actus, unde possent hómines glorificáre Deum : et exémpla salútis accípere.

BN-14454:8r; 1531-P:62v.

600777. 4. Resp. IV.






*Lectio v.*

ALtius ígitur intuémini fratres charíssimi, et cum Bernárdo consideráte quanto devotiónis affèctu Maríam a nobis honorári vóluit, qui totíus boni plenitúdinem in ea pósuit, et próinde si quid in nobis est spei, si quid grátie vel salútis, ab ea novérimus redundáre : que ascéndit delíciis áffluens, ortus plane deliciárum : quam non solum afflúxerit sed et perfláverit supervéniens ille auster divínus, ut undíque fluant et éffluant aromáta illíus. Totis ergo medúlis córdium, et votis ómnibus venerémur Maríam : quia sic est volúntas ejus qui totum nos habére vóluit per illam. Ipsa est apud Deum advocáta nostra, que non potest sustínere repúlsam : quia apud Deum invénit grátiam. Próvidens quippe Virgo non sapiéntiam ut Sálomon, non divítias, non honóres querébat, sed grátiam requirébat : sola nimírum est grátia qua salvámur, sola grátia indigémus. Quid áliud concupíscimus ? Querámus ígitur grátiam per Inventrícem grátie Maríam : quia qui querit invénit et frustrári non valet. Céterum quicquid illud est quod offérre paras Deo Maríe commendáre [63r.]

meménto, et módicum quod offérre desíderas, gratíssimis illis et omni acceptatióne digníssimis Maríe mánibus offeréndum trade : si non vis repúlsam sustínere. Nec formídes ad Maríam accédere, quia Hierónimo attestánte tanta grátia est repléta, est et Spíritu Sancto perfúsa : ut fíeret celsis sublímior fastígiis, púlchrior sanctitáte, gratiósior suórum prerogatívis meritórum.

BN-14454:8v; 1531-P:63r.[18]

600079. 5. Resp. V.




600079a.




*Lectio vj.*

DEnique si diligénter inténdas in Maríam (Bernárdus inquit) síngulas virtútes in ea prorsus invénies singuláres : que videbántur esse commúnes. Que étenim vel angélica púritas illi áudeat virginitáti com-

parári, que digna fuit fíeri Sacrárium Spíritussancti, et Habitáculum Fílii Dei ? Si précia pensámus rerum de raritáte, super omnes illa que prima propósuit angélicam in terris vitam dúcere et ténuit[19] propósitum virginitátis immóbile, quod nec aliquátenus titubávit ángelo fílium promitténte : ascensiónes namque in corde suo María dispósuit conversatióne páriter et oratióne, ascéndit dénique in montána cum festinatióne. Dicémus pie ascéndit in templum ut ibi presentarétur Deo Patri, ibíque legem scrutarétur : et pro redemptióne géneris humáni Patrem suum in abscóndito et cubículo cordis oráret. Fervébat síquidem in queréndа grátia cháritas, splendébat in carne virgínitas : in obséquio eminébat humílitas. Mérito próinde cantor ille divínus in ejus admiratióne precinébat. Que est ista que ascéndit ? Plane super hómines ascéndit, ipsos étiam ángelos transcéndit, nimírum super ángelos aquam vivam necésse est háuriat : quam homínibus refúndat. O benedícta Invéntrix grátie, Génitrix vite, Mater salútis : fac ut per te suscípiat nos qui per te datus es nobis. Fac benedícta per grátiam quam invenísti, ut qui mediánte ter fíeri dignátus est párticeps infirmitátis et misérie nostre : te quoque intercedénte partícipes nos fáciat glórie et beatitúdinis sue, Christus Fílius tuus Dóminus noster qui est super omnia Deus in sécula benedíctus. Tu autem.

BN-14454:9r; 1531-P:63r.

6. Resp. VI.




601519.



cé- li-tus Sa-lú-tat magno gáu- di- o. †Que con-

601519a.



cé- pit di- ví- ni- tus. ℣. In pa-réntum



ma- nens hos-pí-ti- o Inve-ní- tur a De- i núnci- o.



†Que. ℣. Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi-rí- tu- i



Sanc- to. †Que.

## ℭ *In iij. nocturno.*

BN-14454:9r; 1531-P:63r.

201854. 7. Ant. VII.iv.



ELos in flo-ris * témpo-re ad lo-cum flo-ris mít-ti-



tur : Sic de flo- ris cór-po- re glo-ri- ó- se concú- pi- tur.



*Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

BN-14454:9r; 1531-P:63r.

8. Ant. VIII.i.



Je-sus flos, * flos Ma-rí-a, verque tempus flo- 202751.



ris, Flos Ná-za-reth pá-tri- a ple-na sunt de-có-ris.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcvj.*) [278].

BN-14454:9v; 1531-P:63r.[20]

9. Ant. V.i.



CAndens * flos mul-tí- pli-cat vír-gu- le de-có- 200723.



rem : Concép-tus glo-rí-fi-cat Ma- rí-e pu-dó- rem.



*Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Elégit eam Deus et preelégit eam.

℟. [Et] Habitáre.[21] *et cetera.* 36.

[*Lectio vij.*]

*Secundum Mattheum j.* (1[-17].)

Liber generatiónes Jesu Christi fílii David : fílii Abraham. Abraham géniut Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape.*

Audístis, fratres charíssimi, Domínice incarnatiónis ineffábile sacraméntum, audístis genealógiam beatíssime Genetrícis Dei : reparatiónis humáne mystérium. Audístis quid Creátor angelórum dignátus est esse in terris : qui fons et orígo ómnium rerum mira gubérnat in celis. Ait enim sanctus Evangelísta, Liber generatiónes Jesu Christi, fílii David : fílii Abraham. Sed queréndum hic vidétur cum tot patrum numerósa séries intermíttitur, cur eórum solúmmodo duórum David et Abraham Redémptor noster esse dícitur fílius, et non pótius fílius Jesse vel fílius Obeth, vel ceterórum deínceps in médio positórum ? Sed hec quéstio fácile sóvitur : si facta divínitus utríque promíssio recensétur. Abrahe quidem dictum est : in sémine tuo benedicétur omnes tribus terre. Quod expónens Apóstolus ait, Non dixit in semínibus, quasi in multis : sed in sémine tuo quod est Christus. Quia enim Abraham adhuc in prepútio pósitus crédidit : pater géntium est vocátus. Quia vero póstmodum signum circuncisiónis accépit : pater méruit esse Judeórum. Et quia de ejus stirpe ille pródiit per quem benedíctio rédditur olim maledícte terre : idcírco in sémine ejus benedicúntur omnes tribus terre.

BN-14454:9v; 1531-P:63r.[22]

600135. 7. Resp. I.






600135a.

*Lectio viij.*

DAvid vero dictum est[23] : De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Quia ígitur his duóbus
[63v.] speciáliter est promíssus : non immérito uniuscujúsque precípue fílius dícitur esse Christus. Sed illud inquiréndum est, cur David Abrahe in Christi generatióne prepónitur, cum Abraham multo ante cum témpore fuísse non dubitétur ? Sed si modo factum ad utrúmque promissiónis modum studióse referámus : non sine causa David fuísse prepósitum inveniémus. Quod enim Abrahe semel légitur fuísse promíssum : hoc David frequénti est pollicitatióne firmátum. Abrahe enim solúmmodo est dictum : in sémine tuo benedicéntur omnes gentes : David vero Christi pater dici speciáli quodam privilégio méruit, qui plures a Deo promissiónes accépit : sicut est illud in psalmo, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et íterum, Semel jurávi in sancto meo si David méntiar : semen ejus in etérnum manébit. Et in libro Regum Nathan prophéta in Spíritu Sancto lóquitur dicens, Cum dormiéris cum pátribus tuis suscitábo semen tuum quod egrediétur de lumbis tuis : et ipse erit michi in fílium : et ego ero ei in patrem. Jure ergo David Abrahe in Christi generatióne prefértur : cui multiplícior ac per hec ómnino immóbilis promíssio prerogátur.

BN-14454:10r; 1531-P:63v.

601429.




601429a.




*Lectio ix.*

ILlud vero quosdam movére non irrationabíliter postest : cur sanctus evangelísta recépit reprehensíbiles solúmmodo muliéres, et in Christi genealógia interponére stúduit : sanctas vero et absque ulla contradictióne laudábiles, siléntio preterívit ? Sed hoc idcírco factum est ut dum Redémptor noster de peccatóribus natus esse descríbitur : pro peccatóribus de celo ad terram descendísse credátur. Descéndit quippe ut peccáta nostra ipse portáret : ascéndit vero ut divinitátis sue nos parícipes fáceret, sicut per Apóstolum dícitur, Qui mórtuus est propter peccáta nostra : et resurréxit propter justificatiónem nostram. Hinc est quod Matthéus descendéndo per Salomónem cujus matrem concupiscéndo

David peccácvit, quadragínta quinque generatiónes enúmerat : cum Lucas ascendéndo per Nathan, per cujus nóminis prophétam peccátum David Dóminus expiávit, septuagínta et septem generatiónes descríbit. Per Matthéum quippe signátur quia idcírco Dei Fílius ad nos peccatóres descéndit, ut mortalitátis nostre párticeps fíeret : per Lucam vero ínnuit,[24] quia idcírco post resurrectiónem ad Patrem ascéndit, ut nos divinitátis sue consórtes effíceret : sicut per egrégium predicatórem dícitur, Quod autem ascéndit quid est, nisi quia descéndit primo ad inferióres partes terre : qui descéndit ipse est qui ascéndit super omnes celos ut adimpléret ómnia.

BN-14454:10v; 1531-P:63v.[25]

9. Resp. I.

601690.




601690a.




BN-14454:10v; 1531-P:63v.[26]



BN-14454:11r; 1531-P:63v.[27]

Resp. I.




BN-14454:11r; 1531-P:63v.

Resp. VII.

601377.



601377a.




BN-14454:11r; 1531-P:63v. [28]

601983.






601983a.

## ℂ *In laudibus.*[29]

BN-14454:11v; 1531-P:63v.[30]

1. Ant. I.ix.




202851.




BN-14454:11v; 1531-P:63v.[31]

202489. 2. Ant. II.i.




BN-14454:11v; 1531-P:63v.

203679. 3. Ant. III.iv.



BN-14454:11v; 1531-P:63v.

4. Ant. IV.i.




204173.



*Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

BN-14454:12r; 1531-P:63v.[32]

5. Ant. V.i.




204069.



*Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlviij.*) [49].

*Cap.* Ego quasi. XX.

BN-14454:12r; 1531-P:60v.

Hymn.
V.



O Mnes fi-dé-les pláu-di- te, * Et vír- gi-nis infán-ci-



am : De-vó-to corde có- li-te, Mi-rán-tes e-jus grá- ti- am. [*64r.*]



2. Nam in pu-él-la té- ne-ra, Vernat sensus ma-tér-ni-



tas : Et pándi-tur per ó- pe-ra, Há-bi- tans intus dé- i- tas.



3. Docta ma-tú-ra stré- nu- a, Et ho-nó-re spectá-bi- lis :



Virtú-te scandens ár-du- a, Cunctis prestans et hú-mi- lis.



4. Sit con-di-tó-ris mú- ne-re, Mi-ris orná-ta dó- ti-bus :




℣. Elégit eam Deus. 36.

BN-14454:12v; 1531-P:64r.[33]

Ant. VI.




200682.



de vi a. *Ps.* Benedíctus. 63*.

*Oratio.* Deus qui sanctam. [564].

## *Ad j.*

*Ant.* Lauda felix. [587]. *Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

## *Ad iij.*

*Ant.* In templi Dei. [588]. *Ps.* Legem pone. (*cxvij. iij.*) [132].

*Cap.* Ego quasi. [562].

*Parva ℟. de communi virginum.* [881].

## *Ad. vj.*

*Ant.* Omnis ejus. [588]. *Ps.* Defécit. (*cxvij. vj.*) [141].

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* (26.)

TRánsite ad me omnes qui concupíscitis me et a generatiónibus meis adimplémini. Spíritus enim meus super mel dulcis : et heréditas mea super mel favum memória mea in generatióne seculórum.

## *Ad. ix.*

*Ant.* Quantum fácultas. [589]. *Ps.* Mirabília. (*cxvij. ix.*) [150].

*Capitulum. Ecclesiastici xxiv.* (29.)

QUi edunt me adhuc esúrient et qui bibunt me adhuc sítient : qui audit me non confundétur : et qui operántur in me non peccábunt : et qui elúcidant me vitam etérnam habébunt.

## *In ij. vesperas.*

*Ant.* Lauda felix. [587]. *cum aliis.*

[*Pss. cix., cx., cxj., cxxix.* et *cxxxj.*][34] [560].
*Cap.* Ego quasi vitis. [562].

BN-14454:12v; 1531-P:64r.

Hymn. V. 830015.






℣. Presentátio est hódie sancte Maríe vírginis. [563].

*Ad* Magníficat.

BN-14454:13r; 1531-P:64r.[35]

203645.








*Ps.* Magnificat. 62*.

*Oratio.* Deus qui sanctam. [564].

## ℭ *Incipiunt gesta de presentatione beate Marie.*[36]

[*Lectio prima.*][37]

IN diébus illis. Erat vir in Israel nómine Jóachim ex tribu Juda. Et hic erat pastor óvium suárum, timens Deum in simplicitáte : cui nulla cura erat ália, nisi gregum de quorum fructu alébat omnes timéntes Deum. De ómnibus autem tres partes faciébat. Unam partem dabat víduis, orphánis, et peregrínis atque paupéribus, álteram autem partem coléntibus Deum : tértiam partem sibi et omni dómui sue. Hec autem illi faciénti mutiplicábat Dóminus gregem : ita ut non esset símilis illi in pópulo Israel. Hec autem inchoávit fácere a quintodécimo anno etátis sue. Cum enim esset annórum vigintiquínque accépit Annam fíliam Isaac ex tribu et génere David : cum qua morátus est per annos vigínti et fílios non accépit. Factum est autem in diébus festis ut inter eos qui offerébant incénsum Dómino, staret Jóachim : parans múnera sua in conspéctu Dómini. Et accédens ad eum scriba templi nómine Ruben : ait ad eum, Non licet tibi inter sacrifícia Dei consístere, quia non benedíxit tibi Deus : ut daret tibi semen in Israel. Passus ítaque verecúndiam in conspéctu pópuli, abscéssit de templo Dei plorans et non est revérsus ad domum suam, sed ábiit ad pécora et duxit secum pastóres inter montes in longínquum, ita ut per quinque menses nec núncium audíret Anna uxor ejus. Que dum fleret in oratióne sua et díceret, Dómine jam quia fílios non dedísti michi, virum meum quare

abstulísti a me ? Ecce enim quinque menses fluxérunt, et virum meum non vídeo : et néscio ubi nam mórtuus sit ut sepultúram ejus fecíssem.

[*Lectio ij.*]

DUm autem in oratióne Anna perseveráret : élevans óculos suos ad Dóminum dixit, Tu nosti Dómine ab inítio conjúgii mei hec me vovísse, ut si dedísses michi fílium aut fíliam : obtulíssem tibi illum in templum sanctum tuum. Et dum ista díceret : ante fáciem ejus appáruit ángelus Dómini dicens, Noli timére, Anna : quia in consílio Dei est germen tuum, et quod ex te natum fúerit : dábitur in admiratiónem ómnibus séculis usque in finem. Et hec cum dixísset ab óculis ejus elápsus est. Illa autem tremens quod vidísset talem virtútem, ac talem sermónem audísset, ingréssa est in cubículum suum : et quasi mórtua tota die ac nocte in oratióne permánsit. In ipso autem témpore, appáruit quidam júvenis inter montes ubi Jóachim pascébat greges suos : et dixit ei, Quare non revérteris ad uxórem tuam ? Et dixit Jóachim, Per vigínti annos hábui eam, nunc vero quia nóluit michi Dóminus dare fílios ex ea : cum verecúndia de templo Dei exprobrátus exívi. Ut quid revértar ad eam semel ejéctus ? Jam hic manébo cum óvibus meis quámdiu voluérit me vívere Deus. Per manus autem puerórum meórum víduis, orphánis, et colén-tibus Deum partes suas restítuam.

[*Lectio iij.*]

ET cum hec dixísset : respóndens illi júvenis dixit, Angelus Dei ego sum : qui appárui hódie flenti et oránti uxóri tue et consolátus sum eam : ex qua habébis fíliam que templum Dei erit, et Spíritus Sanctus requiéscet in illa. Descénde ergo de móntibus et revértere ad cónjugem tuam : quia fáciet eam Deus matrem beatitúdiuis etérne. Et adórans eum Jóachim dixit ei, Si invéni grátiam coram te : sede módicum in tabernáculo meo et bénedic me servum tuum. Et dixit ángelus, Noli dícere servum sed consérvum meum : unius enim Dómini servi sumus. Et post multa perréxit ad celum. Tunc Jóachim cécidit in fáciem suam : et ab hora diéi sexta usque ad vésperum jácuit. Veniéntes autem púeri ejus et

mercernárii : que causa esset ignorántes expavérunt, et vix elevavérunt eum. Quibus cum enarrásset et audíssent : stupóre nímio et admiratióne impúlsi, hortabántur eum ut sine mora jussum ángeli perfíceret atque ad suam cónjugem remeáret. Cunque cogitáret Jóachim et ánimo suo discúteret si revérti déberet : factum est ut sopóre tenerétur. Et ecce ángelus Dómini qui ei apparúerat vigilánti : appáruit ei in somnis dicens, Ego sum ángelus qui a Deo tibi datus sum custos. Descénde ergo secúrus et revértere ad Annam : quia misericórdie quas fecísti tu et uxor tua, in conspéctu Dómini altíssimi recitáte sunt. Et tale erit vobis germen : quale nunquam ab inítio aut prophéte aut sancti habuérunt, neque habitúri sunt.

[*Lectio iiij.*]

ET factum est cum evigiláret Jóachim vocávit ad se omnes gregários suos et indicávit eis sómnium. At illi adoravérunt Deum et dixérunt, Vide ne ultra contémnas ángelum Dei, sed surge proficiscámur : et lento gradu pascéntes eámus. Cunque per trigínta dies ambulássent : appáruit Anne in oratióne ángelus Dómini dicens ei, Vade ad portam que vocátur áurea : et occúrre viro tuo qui véniet hódie. At illa festinánter perréxit cum puéllis suis : et cepit in ipsa porta stans oráre et dóminum suum expectáre. Et cum longa expectatióne defíceret : élevans óculos vidit Jóachim veniéntem cum pecóribus suis. Et occúrrens Anna suspéndit se ad collum ejus : et egit grátias Deo. Et factum est gáudium ómnibus notis et affínibus éorum : ita ut univérsa terra et affínes de ista fama gratularéntur. Post hec autem explétis ménsibus novem, péperit Anna fíliam : et vocávit nomen ejus Maríam.

[*Lectio v.*]

CUm autem anno tértio ablactásset eam, abiérunt simul Jóachim et Anna uxor ejus ad templum Dómini, et offeréntes hóstias Dómino tradidérunt infántulam suam Maríam in contubérnium vírginum : que die noctúque in Dei láudibus perseverábant. Cunque pósita esset ante templum, quintumdécimum gradum templi sine adjutório ascéndit : in quo facto omnes stupor tenébat, ita ut pontífices

templi miraréntur. Erat autem María in admiratióne ómnibus. Que cum trium esset annórum, ita matúro gressu ambulábat et ita perfectíssime loquebátur, et Dei láudibus insistébat, ut non infántula putarétur esse sed magna : et quasi jam trigínta annórum ita in oratiónibus persistébat. Insistébat enim in lanifício, et ómnia que mulíeres antíque fácere non póterant : ista in ténera etáte pósita explébat. Hec autem sibi ipsa régulam statúerat, ut a mane usque ad horam tértiam oratiónibus insísteret : a tértia vero hora usque ad nonam se ópere occupábat. A nona vero íterum ab oratióne non recedébat usque dum illi ángelus Dei apparéret de cujus manu escam accíperet : et mélius atque mélius in Dei amóre proficiébat.

[*Lectio vj.*].

DEnique cum vidísset majóres suas vírgines in láudibus profícere : ducebátur zelo nímie sue bonitátis, et agébat ut in vígiliis invenirétur prior, in sapiéntia legis Dei erudítior, in humilitáte humílior, in carmínibus Davíticis elegántior, in caritáte gratiósior, in puritáte púrior, in omni virtúte perféctior. Erat enim constans, immóbilis atque quotídie mélior atque mélior transíbat. Hanc irascéntem nullus vidit. Omnis sermo ejus tam erat grátia plenus : ut cognoscerétur in lingua ejus Deus. Si quis eam salutáret : illa pro salutatióne Deo grátias respondébat. Dénique ab ipsa primum éxiit ut dum resalútant hómines sancti : Deo grátias dicant. Quotídie autem esca quam de manu ángeli accipiébat ipsa tantum reficiebátur. Escam vero quam a pontifícibus templi consequebátur : paupéribus dividébat. Frequénter enim videbántur cum ea ángeli loqui : et quasi caríssimi ejus obtemperábant ei. Si quis autem de infirmántibus tetigísset eam : sanus ab eádem hora revertebátur.

## *Ad Missam.*[38]

SGr:435; ST:xi; SB-P:349.[39]





se-cu- ló-rum a- men.

*Oratio.*

DEus qui beátam Vírginem Maríam tibi in templo presentári et Spíritu Sancto erudíri sanxísti : da nobis sic Sancti Spíritus ínstrui disciplínis, ut dignum tibi munus devóti péctoris offerámus. Per Dóminum. In unitáte éjusdem.

*Lectio libri Sapientie.* Ego quasi vitis. Missal:{438}.

SGr:434; 1531-P:65r.

Grad. IV.



BE-ne-dícta * et ve-ne-rá-bi-lis es Virgo Ma-



rí- a : que si- ne tactu pudó-ris invén- ta



es ma- ter Sal- va-tó- ris. ℣. Virgo



De- i Gé-ni- trix quem to- tus




BN-14454:15r; 1531-P:65r.[40]



BN-14454:15r; 1531-P:65r.[41]




mi grá-ti- a : ut de- tur his fí- li- a gra-ti- ó- sa to-ta.
d1.
In ú-te- ro conse-crá ta mi-ro mo- do ge-ne-rá- ta gig-
net mi- ra-bí- li- us.
d2.
Altíssi-mi Pa-tris na-tum Virgo
ma- nens qui re- á- tum mundi tol- let grá- ti- us.
e1.
Be-ne-
dícta Vir-go na- ta templo tri-na pre-sen-tá- ta [ad] ter qui-
nis grá-di-bus.
e2.
E-rec-ta ve-lox ascén-dit, et u-térque
pa-rens ten-dit or-nándo se vésti-bus.
f1.
No-va ful- sit gló-
ri- a templo dum ex- ími- a Vir-go pre- sentá-tur.
f2.
E-dóc-


ta di-ví-ni-tus vi-si-tá-ta cé-li-tus án-ge-lis le-tá-tur.
g1.
Dum ut nu-bant ju-bet mul-tis prin-ceps pu- él- lis a-dúl- tis
g2.
pri-mo Vir- go ré-nu- it. Ipsam namque de-vo- vé-re pa-
réntes ip- sámque ma-né- re Vir-go vo- tis stá-tu- it.
h1.
Consúltus De- us respónsum dat ut Vir-go su-mat Spon-sum
h2.
quem pandet flos é- di- tus. Osténsus Jo-seph pu- él-lam
ad pa-rén-tum dux- it cel- lam núpti- is sol-lí- ci- tus.
j1.
Tunc Gá-bri- el ad Vírgi- nem fe-rens concéptus ór-di-nem
j2.




*Secundum Mattheum.* (1.)

Liber generatiónis Jesu Christi Fílii David fílii Abraham. Missal:{445}.

SG:434; 1531-P:65r.[42]

Offer.
I.













[*In tempore paschali.*][43]




*Secreta.*

HEc múnera quésumus Dómine, beáte Maríe semper vírginis intercessióne sanctífica quam in templo tuo munus tibi gratíssimum offérri paréntum mánibus voluísti. Per.

*Prefatio.*

ETérne Deus. Et te in presentatióne beáte Maríe.

SG:439; 1531-P:65r.




*Postcommunio.*

SAcraménta que súmpsimus Dómine beáte Maríe semper vírgini intercessióne nos salvent : que devotióne sui cordis piíssimi acceptábile tibi sacrifícium júgiter immolávit. Per Dóminum.

# ℂ *Benedictio salis et aque.*

*Omnibus dominicis per annum post primum et capitulum fiat benedictio salis et aque ad gradum chori a sacerdote hoc modo.*

SMan:2r; 1531-P:65r.[44]



EX-orcí-so te cre-a-tú-ra sa-lis per De-um ✠



vi-vum, per De-um ✠ ve-rum, per De-um ✠ sanctum,

per Deum qui te per Heliséum [65v.] prophétam in aquam mitti jussit : ut sanarétur sterílitas aque : ut efficiáris sal [*hic recipiat sacerdos sal*][45] exorcizátum in salútem credéntium, et sis omníbus te suméntibus sánitas ánime et córporis : et effúgiat atque discédat ab eo loco quo aspérsum fúeris : omnis fantásia et nequítia, vel versútia dyabólice fraudis, omnísque spíritus immúndus, adjurátus.



Per e-um qui ventú-rus est ju-di-cá-re vi-vos et mórtu-os



et sé-cu-lum per ignem. ℟. Amen.



*Sequitur oratio, sine* Dóminus vobíscum. *tantum cum* O-rémus.

Mauale:2v; SB-P:352.

IMménsam cleméntiam tuam omnípotens etérne Deus humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis quam in usum géneris humáni tribuísti bene✠dícere et sancti✠ficáre tua pietáte dignéris : ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis, et quicquid ex eo tactum vel respérsum fúerit : cáreat omni immundícia, omníque impugnatióne spirituális



ne-quíci- e. Per Dómi-num nostrum Je-sum est Christum



Fí-li- um tu- um, qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te



Spí-ri-tus Sancti De- us. Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.

℣. 

*R*. Amen.

*Sequitur exorcismus aque.*

EXorcízo te, creatúra aque, in nómine ✠ Dei Patris omnipoténtis : et in nomine ✠ Jesu Christi Fílii ejus Dómini nostri : et in virtute Spíritus ✠ Sancti : ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci : et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas, cum ángelis suis apostáticis : per virtútem éjusdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et séculum per ignem. ℟. Amen.

*Sequitur oratio sine* Dóminus vobíscum. *sed cum* Orémus.

Manuale:2v; SB-P:353.

DEus qui ad salútem humáni géneris máxima queque sacraménta in aquárum substántia condiísti : adésto propícius invocatiónibus nostris : et eleménto huic multímodis purificatiónibus preparáto, virtútem tue bene✠dictiónis infúnde : ut creatúra tua mystériis tuis sérviens ad abjiciéndos demónes, morbósque pelléndos divíne grátie sumat efféctum : ut quicquid in dómibus vel in locis fidélium hec unda respérserit, cáreat omni immundícia, liberétur a noxa : non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens : discédant omnes insídie laténtis inimíci, et si quid est quod aut incolumitáti habitántium ínvidet aut quiéti, aspersióne hujus aque effúgiat, ut salúbritas per invocatiónem sancti tui nóminis expetíta ab ómnibus sit impugnatiónibus




℄ *Hic mittat sacerdos sal in aquam in modum crucis, ita dicendo sine nota* Commíxtio salis et aque páriter fiat. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. ℟. Amen.

Manuale:3r; 1531-P:65v.



*Oratio.*

DEus invícte virtútis auctor et insuperábilis impérii rex, ac semper magníficus triumphátor, qui advérsas dominatiónis vires reprímis, qui inimíci rugiéntis sevítiam súperas, qui hostíles nequítias poténter expúgnas, te Dómine treméntes et súpplices deprecámur ac pétimus ut hanc creatúram salis et aque dignánter accípias, benígnus, illústres, pietátis tue more sanctí✠fices : ut ubicúnque fúerit aspérsa per invocatiónem sancti tui nóminis omnis infestátio immúndi spíritus abjiciátur, terrórque venenósi serpéntis procul pellátur, et preséntia Sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus ubíque adésse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte éjusdem.

*Dum aspergitur aqua : cantetur hec antiphona.*

Manuale:3v; 1531-P:65v.[46]










*Responsorium* Aspérges me.





tu- á-rum : de-le i-niqui-tá-tem me- am. Aspérges me.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o et Spi-rí-tu- i Sancto : Si-cut



e-rat in princí-pi- o et nunc et semper : et in sé-cu-la



se-cu-ló-rum. A-men. †La-vá-bis.

*Post aspersionem aque dicat sacerdos ad gradum chori*

Manuale:4r; 1531-P:65v.



℣. Osténde no-bis Dómi-ne mi-se-ri-córdi- am tu- am.



℟. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis.

*Sequitur oratio sine* Dóminus vobíscum. *sed tantum cum*



℣. O-rémus.

*Oratio.*

Manuale:4v; 1531-P:65v.

EXáudi nos Dómine sancte Pater omnípotens etérne Deus, et míttere dignáre sanctum ángelum tuum de celis : qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet et defécndat, omnes habitántes in



hoc ha-bi-tá-cu-lo. Per Christum Dómi-num nostrum.



[66r.] ℟. Amen.

# *Benedictio panis.*

[℣.] Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. [℣.] Orémus.

*Oratio.*

BEne✠dic Dómine istam creatúram panis : sicut benedixísti quinque panes in desérto : ut omnes gustántes ex eo : recípiant tam córporis quam anime sanitátem. In nómine Patris et Fílii : et Spíritus Sancti. [℟.] Amen. *Aspergaturque aqua benedicta.*

## ℭ *Alia Benedictio panis.*

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit celum et térram.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. [℣.] Orémus.

*Oratio.*

DOmine sancte Pater omnípotens, etérne Deus, bene✠dícere dignéris hunc panem tua sancta spirituáli benedictióne : ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis : atque contra omnes morbos et univérsas inimicórum insídias tutámen : per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : panem qui de celo descéndit : et dat

vitam et salútem mundo : et tecum vivit et regnat Deus. Per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

## Notes, pages [559]-[614].

[1] No Sarum music for this office has thus far been located. Music is supplied from BN-14454. Alternative versions from ms. DK-Kk 3449 8o I (København (Copenhagen), Det kongelige Bibliotek Slotsholmen, Gl. Kgl. Samling, 3449 8o, I), Vol 13. appear in the Appendix. This ms. originates in Augsburg cathedral, ca. 1580. This edition uses Sarum Psalm tones rather than those indicated in the manuscript. This feast, when observed, was probably accorded the rank of a Minor Double, like the Conception of the Blessed Virgin. According to the Use of Sarum, a Responsory would be expected at First Vespers. The Aberdeen Breviary indicates here the Responsory *Recolámus vírginis ínclyta*, the last of the additional responsories.

[2] SB-P:329.

[3] In BN-14454:13. the text-setting of 'Rore' is not clear.

[4] In BN-14454:13. 'dicáta' is set GAGF.EF.F.

[5] In BN-14454:14. the text-setting of 'ascéndit' is not clear.

[6] Here BN-14454:5r. has an indication for the responsory Ordo rectus (3 of matins) to be sung.

[7] In BN-14454:5r. a flat appears only at the beginning of the first line; in verse 1. 'sapiéncia' is set A.C.DCF.EF.B♭A. In BN-14454:5v. 'Amen' is set GAB[♭]AG.F.

[8] BN-14454:5v. has no flats.

[9] BN-14454:5v. has no flats. The text-setting at 'Instémus' is not clear.

[10] BN-14454:5v. has no flats.

[11] BN-14454:5v. has no flat.

[12] In BN-14454:5v. 'símplici' is set FE.FGA.GFE. The edition follows DK-13:95v. here.

[13] BN-14454:6r. has a flats only at 'ornátu' and 'ebúrneus'; the text-setting is unclear at 'Thronus dignus'.

[14] BN-14454:6v. has no flat; the text-setting is not clear at 'úberum'.

[15] 'perítior', 1531-P:62r.

[16] 'páuperit', 1531-P:62r.

[17] BN-14454:7r. has no flats.

[18] BN-14454:8v. has a flat only at the beginning.

[19] 'nunc', 1531-P:63r.

[20] BN-014454:9r. has a flat only at 'vírgule'.

[21] 'Et habitáre.', 1531-P:63r.

[22] SB-P:340. has 'Archa Dei, [in] qua'; '[in]' is supplied in the 1879 edition. Likewise the 1879 edition supplies 'Dei [sancta] refícitur.' BN-14454:9r. has no flats.

[23] 'dictum : est de fructu', 1531-P:63r.

[24] 'innúitur', PL-144: 749; SB-P: 3.

[25] BN-14454:10v. has a flat only at 'data'. The music for the verse 'Glória Patri' does not appear in BN-14454:10v. It has been added by the editor.

[26] In SB-P:342. the ℟. is numbered '10.' BN-14454:10v. has a flat only at 'Eve' and 'pérdidit'.

[27] BN-14454:11r. has no flats.

[28] BN-14454:11r. has no flats.

[29] Presumably the ℣. ante laudes would be 'Ora pro nobis *&c.*' as is used at most other Marian feasts (except the Assumption).

[30] BN-14454:11v. has no flat.

[31] BN-14454:11v. has no flats.

[32] BN-14454:12r. has flats only at 'Quantum', 'súfficit', and 'lingua'.

[33] In BN-14454:12v. 'dans hanc propícius' appears a third higher.

[34] According to the Roman Use, Pss. 109. 112, 121, 126 and 147.

[35] BN-14454:13r. has no flats.

[36] The breviary does not make clear the liturgical use of these readings. They would appear to be an alternate set of lessons 1-6.

[37] In BN-14454:13r.

[38] The Introit, Graduale, Offertory and Communion are taken from the feast of the Assumption of the Blessed Virgin.

[39] The edition substitutes 'presentatióne' in place of 'assumptióne.'

[40] There are no extant Sarum sources for this chant.

[41] There are no extant Sarum sources for this chant. In BN-14454:15r. flats appear only in a1. at 'providénte' and 'Dei'; in a2. at 'conjugátis'; in b1. at 'strisxérunt'; in c1. at 'exaudíta'; in c2. at 'detur'; in d1. at 'modo'; in d2. at 'manens'; in h1. at 'sponsum'; and in h2. at 'cellam'. In 5a. 'ad' appears in BN-14454:15v. In k1. the musical setting of 'sicque sacro' is unclear. Here the edition follows k2.

[42] The flat at 'allelúya' is editorial.

[43] SGr:434.

[44] No flat appears in Manuale-1506:2r.

[45] Manuale-1506:2r.

[46] The second ℣. 'Et secúndum' does not appear in 1531-P:65v.